

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek
für die niedern Schulen**

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. III

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](#)

II.

Supplementa et Additamenta
ad

S. R.

JOHANNIS SIMONIS

Lexicon Manuale

Hebraicum et Chaldaicum,

Sub lit. N.

§. I.

Ad vocem אַבָּה p. 6 radicem præmitti velim
אַבָּה arab. אַבָּה וְפִתְחָה feriit, per-
cussit. Multæ enim radices in hebraismo pro r.
rad. N habentes, in arabismo primam radicalem
vav vel jod habent, cum N alternantem.

§. II.

Voci substantivæ אֲבִי p. 7. præmittenda est
radix אַבָּה apud Arabes אֲבָה concrescendo indu-
ruit. Hæc enim generationem lapidis naturalem
describit.

§. III.

Nomini אָבוֹס p. 8. præmittenda erat radix
אַבָּשׁ vel אַבָּשׁ collegit, acervavit, vel אַבָּשׁ in-
2. Stūd. N clusit,



clusit, subjecit sibi, vel וּבָשׁ ex diversis generibus miscuit, e. g. pabulum seu farraginem, quod fieri solet in præsepi, cum pecudes saginantur. Inde אַבּוֹס 1. præsepe Es. I, 3. Prov. XIV, 4. 2. locus salebroſus, ut arabicum אַבּוֹס ex radice media adducta, significationem hanc sibi vindicare videtur, Job XXXIX, 9. qui versus verti potest: num lenem facilem se præbebit super locis salebroſis tuis, i. e. ſuper agris tuis in cultis et asperis. Quem ſenſum ſuadere videntur, quaꝝ ſequuntur com. 10. Inde etiam מְאַבּוֹס locus, in quo varii generis fruges colliguntur, includuntur, horreum Es. L, 26.

§. IV.

Nominis אֲגַרְתָּה p. 11. melius etymon vix dari censeo, quam quod ex æthiopico וְגַרְתָּה narravit, ſuppeditatur, pro אֲגַרְתָּה cum נִ אuctivo in fronte vocis, nun ſchvato autem per dagesch forte compenſato. Alioquin cum arab. אֲגַרְתָּה in Conjugatione II. ſignificat lateris formam dedit cui, et אֲגַרְתָּה Arabibus ſit planum quid, quale eft later: putari poſſit אֲגַרְתָּה et אֲגַרְתָּה ſignificare rem plānātem, ſeu declarantem et explanantem quid.

§. V.

Vocabula וְגַרְתָּה et אֲגַרְתָּה p. 20. illuſtrat radix arabica גַרְתָּה gravis, moleſtus fuit. Cumque in primis fumus oculos gravet et adfligat, et titio ejusmodi fumum edat, ratio aliquo modo patet,

quam